



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ Sive Ivs Ecclesiasticvm

Wiestner, Jacob

Monachii, 1706

Titvlvs XXIII. De Delictis Puerorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

fult: sed etiam, & mūlē magis; ne col-
ludentium fraus ipsis lucrof, & dam-
nosa sit diocesium Ordinariis, alisque
Collatoribus ac Patronis, quibus viam

præcludit ad collationes ac præsentatio-
nes, ipsis Jure competentes, Glossa in c.
cit. V. Spoliare, Gonzalez n.10. & Pirrhing
ad hanc Rubr. n. 6.



TITVLVS XXIII.

De Delictis Puerorum.

S U M M A R I U M .

1. *Puer est mas septem major & quatuordecim annis minor.*
2. *Infans pñā & culpā quoque non tenetur.*
3. *Uti & puer infante proximus.*
4. *Secundum aliquos DD. etiam proximus pubertati.*
5. *Verius in isto commissionis:*
6. *Non etiam omissionis delicta puniuntur:*
7. *Nisi dolō omisſe probetur.*
8. *Delicta carnalia in pueria non presumentur:*
9. *Aliquando tamen etiam ipsa committuntur.*
10. *Filiī multatā pñā pecuniarū non tenetur pater:*
11. *Nisi delictū aliquō modō fuerit particeps.*

I. **M**ulta hactenus tradita sunt de delinquentium poenis: quibus, an etiam pueri teneantur, nunc inveniendum est ac declarandum.

Pueri propriè dicuntur, qui infantiam, hoc est, septimum ætatis annum sunt egressi!, *In sponsalibus* 1 q. ff. *de Sponsal.*

& c. Unic. de Despons. impub. in 6. & f. mares 14. si autem fœminæ sint, 12. annum non impleverunt, Panormit. in c. 1. n. 2. Farinac. Prax Criminal. q. 92. n. 6. & Zanchias Q. Medico-Legal. Lib. 6 Tit. 1. q. 4. n. 11. hanc enim ætatem assecurati jam sunt puberes, c. 1. cit. ibi, *Nisi ab annis 14. cùm pubescere cuperint, sive adolescentes,* cit. Zanchias q. 6. n. 9. & usque ad 25. ætatis annum, à quo virilis ætas incipit, vocari solent Minores, i. 1. *&c. ff. de Minoribus.*

Certum nunc est, septenniò minores, sive infantes perinde, ut furiosos, non teneri ex delictis etiam atrocibus; ut neque Civili, neque Criminali pñā in eos valeat animadvertis, l. *Quod infans 60 ff. de R. V.* qui propter defectum sufficiens usus rationis, dolii capaces non sunt, & quid agant, ignorant.

Neque obstat; quod nec infans unius diei absque peccato esse possit, ex sententia SS. Ecclesiæ DD. ac PP. Augustini can. *Aduic 32. de Penit. dif. 3. & Hieronymi, can. Si enim 41. §. Eligat V.* Nos autem, *de Penit. dif. 2.* & quod quinque annorum infans propter blasphemias è parentum manibus à diabolo sit abrepitus, teste S. Gregorio Lib. 4. Dialog. cap. 19. Non, inquam, hæc obstant.

Textus

Textus quidem; quia iis SS. PP. vel tam
tum fragilitatis nostrae & in malu proclivi-
tatis exaggeratione peccatum nobis
persuadere intenderunt, ut in can. Adu-
cit, Barbosa n. 3, vel, ut cum Turrecre-
mata in can. cit. Gonzalez in c. fin n. 14.
vult, exaudiendi sunt de peccato Originati-
li, in quo cum natissimus & concepti, uti-
que sine eo nullum diem, in horam &
momentum super terram existimus, nisi
Baptismi lavacrum vel Poenitentia lacrymis
vatur. Historia autem; quia, si maliti-
atatem non antevertit, diabolica ab-
reptione non tam infantis, utpote doli ad
huc incapaci, quam parentum, prava e-
ducatione & conniventiâ filium perver-
tentium, delictum punitum fuit a Deo;
cujus nutu aetate sub legem non cadunt;
can. fin. 19. q. 2. Joan. Andr. in c. cit. &
Gonzalezn. 9.

3. Simili modô ob delicta non puniri,
qui infantiae proximi sunt, hoc est, septen-
nium arbitrii judicis non multum excess-
erunt, tradit, cit. Farinac. n. 40, quod ipsi
etiam, quid agant, ignorent: & non mul-
tum diffent a furiolo, §. Sed quod 10. In-
sist. de Inutil. stipul.

Ait etiam, si dolî sint capaces, du-
bium reddit Gregorius I. puerilem atra-
tem, sicut à peccato, sic etiam à poena fal-
tem mitiori non immunem pronuntians
c. 1. cit. Sed hujus textum de aetate
puerili, non deâ, quæ infantia, sed quæ pu-
bertati proxima est, accipendum, cum
Anchorano n. 4. & Anania n. 3. recte ad-
vertunt idem Farinac. n. 50. & Gonzalez,
à pena eximente etiam pueros infantia
proximos; quod nullus in eis dolus con-
sideretur.

4. Quin eos etiam, si infantiae proximi
non sint, à pena nihilominus esse imunes,
non obscurè traditur c. Referente 2. quod
Iocô Alexander III, generaliter, In pueris,
inquit, relinqui solet multum, quod in alia
protectione statim humana leges ducant
severius corrigendum: 1. Impuberem 22.
pr. ff. ad L. Cornel. de Fal., & l. 1. V. Im-
puberes, C. de Fal/a moneta ubi ratio redi-
ditur; quia eorum aetas, quid videat, igno-
rat: & propterea dolus malus in eam non
cadit. Confirmatur; quia pupilli sine au-
thoritate tutoris obligari, & condicio-
nem suam deteriorem facere, non possunt,
l. Contra 28. pr. V. Ex diverso, ff. de Paetis,
& l. Obligari q. ff. de Autb. tut. quod
tamen fieret, si delictorum poenis tene-
rentur.

Sed hac in re utendum est à multis
DD. receptâ distinctione inter delicta;
cum, si ista sint Commissionis, ut homici-
dia, furta, mendacia &c. pueros, præsertim
pubertati proximos poenâ, licet mitiori,
quam alios, plecti posse, clare decisum sit, &c.
cit. nisi, ut aliquando contingit, ratio-
nis usu tardius adveniente adhuc dolî
efficien't capaces, Glofia in l. fin. cit. V.
Inultum. Ratio est; quia pueri præsertim
pubertati proximi ex una parte, dolî jam
capaces ferè semper sunt & esse præsum-
untur, si contrarium non probetur, Farinac.
n. 67. ex altera vero parte, ob ju-
dicii imbecillitatem minus malitiosâ &
dolosa machinatione, quam majores, age-
re præsumuntur, l. Hereditibus 13. ff. de
Dolo; & propterea, licet aliquâ, mitiori
tamè, quam isti, poenâ, judicis arbitrio sunt
coercendi. Idem n. 62. cum Claro S. fin.
q. 60. pr. & Menoch. de Arbitr. casu 32.
num. 2.

Neque pueris duntaxat, sed pube-
ribus quoque 25. anni minoribus, etiam
graviter delinquentibus, mitiorem poe-
nam infligendam, iudicem docent cit. q. 92.
n. 41. q. 60. n. 3. & casu 12. idque de-
sumunt ex l. Auxilium 37. §. 1. V. In de-
lictis ff. de Minoribus, cum secundum l.
108. ff. de R. J. Ferè in omnibus penalibus
judicis & statui & imprudentia succura-
tur &c.

Et quod Gothsfredus addit, *Penaremittatur*, sive mitigeretur.

Si autem delicta sunt *Omissionis*, pueros ex iis non teneri, aliis relatis, vult idem Farinac. n. 69. & 72. & suader ratio; quia in delicto, consistente in non faciendo, etiam minores illæsi servantur, l. Licet 2. C. Si adversi, delicti. & l. Minoribus 6. C. de Hæc, quibus ut indign. quod Imprudentia potius, quam malitia omisit, presumuntur; ideoque locus sit l. Ferè in omnibus cit. Nisi, in omitendo dolum interveniente, probetur; istò enim probato, pueros à poena non oratione eximi, constat ex l. *Excipiuntur* 14. ff. ad S. C. Syllan.

Neque puerorum, committendò vel dolosè omittendò delinquentium, omnimoda impunitas evincitur c. fin. cit. textu; quia istò inultum dicitur, quod non perfectè, hoc est, infra legum rigorem punitur, Glosa & Hostiens. V. *Inultum* cit. Neque etiam ratione; quia non procedit in delictis; hæc enim dolò admissa cùm poenam promereantur, meritò etiam pueri dolosè delinquentes puniuntur; sic enim furti, ex Lege Aquilia, & ex quavis injuria tenentur, l. Sed eti. 5. §. 2. ff. ad L. Aquill. *Impuberem* 23. ff. de *Furtis* l. illud 3. §. 1. ff. de *Injuriis* & l. *Papillum* 111. ff. de R. f. & clericum percutientes excommunicationem Canonis incurvant, c. 2. & c. fin. de *Sent.* excommunicat. Procedit tamen in contractibus; cùm enim hi celebrantur cum aliis, ideo ne ab his pupilli facile decipiantur, velle & nolle in damnum proprium sine tutoris autoritate habere, non cententur, l. *Papillus* 189. ff. de R. I. Gonzalez in c. *Referente* cit. n. 12.

Dubium ulterius est, an pueri etiam criminis adulterii aliisque delictis carnalibus teneantur. Cui ansam præber c. 1. cit. textus, quod ab hujusmodi cri-

minum poena & culpa quoque videntur absolviri. Sed videntur tantum; quia, licet mas 14. & femina 12, annis minoribus ad copulam carnalem & conjugium ordinariè apti non sint: & propterea ante ætatatem illam impletam, adulteria & cetera carnis flagitia ab ipsi perpetratæ, non praesumantur, arg. e. cit. l. Si minor 36. ff. & l. Si adulterium §. 4. ff. ad L. *Iude* de *Adult.* aliquando tamen, malitia ætatem supplente, pueri & puellæ ante pubertatis annos ad carnalem copulam habiles reperiuntur, c. De illis 9. de *De spons. Impub.* & c. fin. de Eo, qui consangu cujusmodi præmaturi pueri puellæque, sicut furti, perjurii & similibus, sic etiam adulterii aliisque delictis carnalibus teneantur: licet mitiori, quam puberes posse coercentur, Farinac. l. cit. n. 93, & Gonzalez in c. cit. n. 13. in fine.

Dubium denique est, an poenam, pe- 10. cuniariam filii impuberis aut minoris præstare, teneatur pater. Ratio dubitandi est; quia alias filius ex suo delicto frustrè conveniretur & condemnaretur; quod ne fiat, pro filio mulctato legitima à patre præstanta erit: quod alicubi statutò vel consuetudine receptum, testis est Fachineus *Controvers. Lib. 9. cap. 52.* & colligitur ex c. fin. cit.

Sed patrem, qui delicti particeps, aut 11. in filii correctione negligens non fuit, ad ejusmodi poenam teneri, cum Panormit. in cit. c. n. 3. & Covarruvia Lib. 15. Var. cap. 8. n. 7. rectè negant Barbosa in cit. c. n. 9. & Manzius de *Legitima*, q. 15. n. 10. quod generaliter constitutum sit, neminem alienæ culpas debere fieri succedentem, l. *Crimen* 26. ff. & l. *Sancimus* 22. C. de *Panis*: & specialiter, ex delicto filii patrem non conveniendum, pateat ex l. Si filius 3. C. *Ne filius pro patre* & c. cit. Nisi, ut insinuatum, ejus delicti aliquò modò particeps, aut ex illo factus sit locu-

M m

pletior

pletior, l. *Sancimus cit. & l. Licet, §. 12.*
f. de Peculio. Unde, cum e. cit. pater absolvitur à praeflata pena pecuniaria filii impuberis, sive 14. annis non majoris, non recte contrarium infertur de pubere sive aetate illa maiore; quia illati contrarium Jure est expressum.

Neque aliud persuaderet ratio dubitandi; quia, superstite patre, filio legitima non debetur, l. 1. §. 21. *f. de Collat. bonor.* Unde filius, ex quibus pecuniam solvat, pro-

pria bona non habens, aliter quam multa pecuniaria plectendus erit; ut peccatum suum teneat authorem, c. *Quis erit 2. de Hu, qua à majori: idque verisimilius, non obstante statuto vel consuetudine contraria;* quia ista, cum degeneri filio, patrem facultatibus suis spoliandi, licentiam concedat, recte ratione non satis consentanea videtur Menochio *Conf. 100. n. 119.* Barbosa in c. 1. cit. n. 8. & Harprecht. in §. fin. *Instit. de Noxal. art. n. 12.*

TITVLVS XXIV. De Clerico Venatore.

SUMMARIUM.

1. *Venationis divisio in Oppressivam, Arenariam & Sylvaticam:*
2. *Et ieiunus in Quietam & Clamorosam:*
3. *Quarum prior clericis licita:*
4. *Posterior illicita est,*
5. *Jure Ecclesiastico eam vetante.*

Sequuntur delicta, quae in Clericis solidis vel reprehenduntur, vel specialiter reprehenduntur: & imprimis quidem venatio, cuius à Sylvetrio, *V. Venatio pr. & Sebaste, Medices de Venatione Sc. q. 1. n. 5.* tres species referuntur. Prima, Oppressiva, ab injusta hominum oppressione sic dicta & omnino illicita, *can. & f. fin. dist. 6.* Altera Arenaria, quae cum bestiis in arena depugnando exercetur: & si exerceatur pro quaestu, infamiam inducit, l. 1. §. 1. *V. Item ff. de Postulando, & f. Tria, post can. Infamia, 3. q. 6.* Postrema Saltuosa sive, ut etiam vocatur, Sylvatica quae ad ferarum & volvorum, sicut ad ipsorum captionem pescatio, ordinatur, *Rubric. & textus hie.*

Ista & propriè dicta venatio rursus *2.* alia est Quieta, quā sine strepitu, laqueis, retibus &c. atque etiam paucis canibus adhibitis leopores, vulpes, aliasque feræ minorē, & aliquando etiam volvures captiuntur. Alia verò Clamora seu clamorola, quæ magnō armorum, retium, canum, accipitrum apparatu, tumultuque & vehementiā apros, cervos aliasque, præstatim majores, feras, & aliquando etiam aves capiendo exercetur, *Pirrhing ad hanc Rubric. n. 3.*

Harum priorem, si utilitatis aut corporalis necessitatibus, vel etiam honestæ re-creationis causâ & rarius institutur, personis etiam Ecclesiasticis licitam esse, cum *Glossa in c. 1. V. Voluptate, censet Panormit. in c. cit. n. 1. & Sylvester V. cit. & non obscurè colligitur ex Tridentino, non omnes, sed illicitas duntaxat & clericalem statum dedecentes venationes atque aucupia clericis prohibente, *Seff. 24. cap. 12. de Ref.* Ratio est; quia venatio ex le actus five res omnino indifferens est & permisla Jure Naturali, *arg. §. Fera 12. Inflat.**